

## Tabula æquationis solis.

Anni Christi	Aequatio GM	Anni Christi	Aequatio M
1530	0 55	1556	0 38 b
1531	0 41	1557	1 24
1532	0 27 b	1558	1 9
1533	1 13	1559	0 54
1534	0 58	1560	0 40 b
1535	0 43	1561	1 26
1536	0 29 b	1562	1 11
1537	1 15	1563	0 56
1538	1 0	1564	0 42 b
1539	0 45	1565	1 28
1540	0 31 b	1566	1 13
1541	1 17	1567	0 58
1542	1 2	1568	0 44 b
1543	0 47	1569	1 30
1544	0 33 b	1570	1 15
1545	1 19	1571	1 0
1546	1 4	1572	0 45 b
1547	0 49	1573	1 31
1548	0 35 b	1574	1 16
1549	1 21	1575	1 1
1550	1 6	1576	0 47 b
1551	0 51	1577	1 33
1552	0 37 b	1578	1 18
1553	1 23	1579	1 2
1554	1 8	1580	0 49 b
1555	0 53		

Alterum quo opus habes pro poli inuestiganda altitudine, est solis declinatio, ut scilicet scias quot gradibus & minutis quotidie sol ab æquinoctiali circulo declinet: quod quidem hac industria inuenies. Quære primò solis uerum locum iuxta iam annotatum modum: deinde hunc locum quære infrà in tabella declinationis solis, signa quidem suprà aut infrà, gradus autē in sinistra aut dextra extremitate querendo, & in communi signi atq; gradus cōcursu inuenies solis declinationem. Et nota, si signum suprà in frontispicio tabulæ inuenis, numerabis gradus in extremitate sinistra, si signum tuum infrà annotatum fuerit, numerabis gradus sursum in dextralinea. Quòd si ultra integros gradus etiam minuta habueris, uidebis num sint media tertia, quarta aut quinta pars unius gradus siue sexaginta minutorum, & iuxta talem proportionem accipies quoquem minuta differentiæ minoris declinationis ad maiorem. Ut si ultra integros gradus habueris quindecim minuta, & declinatio unius gradus usque ad sequentem gradum aucta fuerit uiginti minutis, addes iam quinque minuta declinationi solis iuxta integrum repertæ gradum. Nam qualis proportio est quindecim ad sexaginta, talis est quinque ad uiginti. Exemplum canonis: anno Christi M. C C C C C. X X X I. currēte, uigesima quinta die aprilis in meridie, uerus solis locus est tredecim gradus quinquaginta et duo minuta, & declinatio eius est secunda pars gradus, & minuta sexta.

X 2 taseptem